

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium  
disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Theologica universa - Ettenheim-Münster 108 - Tom. II

**Cartier, Gallus**

**[S.I.], 1795**

Caput secundum

[urn:nbn:de:bsz:31-111018](#)

424 minus Philostyrum haec tria in Deo agnoscere  
reponabant. At ubi ipsis pugnandum fuit  
cum Hereticis, qui ex Schola Platoni Patrem  
majorem, et Filium minorum afferabant,  
idem Patres Platoni doctrinam et impie-  
tatem prouul abjecerunt et anandarunt.

Ine vero ex Zoroastre, Trismegis-  
to et Sybillis afferuntur, hypothetica sunt  
et primum post Christi tempora conficta,  
ut inter alios observat Petavius, lib. i. de  
Trinit. c. 2. Sed Dennis, genuina esse  
carmina Sybillina, sententiam à Catholicis  
caudata; certè foetus luminis naturalis di-  
ui nequeunt, cum in illis multa de Christo  
canantur merè contingentia, qualis est ejus  
passio; unde necesse est Sybillis in pro-  
mum castitatis, ut nonnulli suspicantur,  
hoc fuisse revelata, quemadmodum legitur  
Num. 23. Balaam Divinitus afflatum pro-  
phetae.

376.

Caput Secundum.  
De Proceptionibus Divinis.

Proceptionis nomine non aliud in-  
teligitur, quam emanatio seu origo uni-  
us ab alio, sic fluvius à fonte dicitur pro-  
cedere, quod ab eo emanet et oriatur.

Duplices est, transiens una, altera  
immanens. Prior est ea per quam potentia  
extra se ipsam operatur, talis est processio  
caloris, per quam calefit aqua, ignis enim,  
ex quo calor ille procedit, extra se ipsum, in  
aquam nimivum, operatur. Posterior est  
ea, in qua potentia seu principium opera-  
tur in subjectum intra eum positum; sic visio  
est actio immanens, nam ut oculus videat,

non est necesse, ut contra se ipsum exeat, sed  
ut operetur in subiectum, quod extra ipsum  
oculum positum est.

De processione immanente hic insti-  
tuitur questio, num videlicet in divinis re-  
periatur, non quidem qua sit tangram  
a causa aliqua proprie tali, sed a princi-  
piis quoddam duntur: item quotplex  
illa sit, seu quot in divinis numerentur,  
quenam idarum proprietates, principia,  
et ienique quodiam inter eas sit disci-  
men. Quae omnia singulis paragraphis  
discutiemus.

### I. Primus

377.

#### De existentia et numero processionum divinarum.

Theologi, quod sit altera unius perso-  
na divina ab altera seu duabus simul  
origo ad productio.

Esse in Deo huiusmodiveras ex  
divina substantia processiones nega-  
runt Heretici quotquot vel persona-  
rum distinctionem, vel earumdem uni-  
tatem naturae impugnare, de quibus  
jam supra egimus. contra quos sit

### Conclusio 1a

378.

Satur in Deo vera et propriè dicta  
processio.

Proloj. ex Scriptura. Psal. 109. v. 3.  
Ex utero ante misericordia genui te. atque  
generatio sine aliqua processione coniipi  
nequit. Ergo, p.

Pri. B. b.  
pag. 190.

426.

*Ivan. 8. v. 42. Ego ex Patre processi et veni, inquit Christus. Ubi per verbum processi aeternam suam generationem; per verbum autem veni temporalem in mundum missionem per suam incarnationem designat.*

*Pariter de Spiritu Sancto dicitur  
Ivan. 15. v. 26. Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis Spiritum veritatis, qui a Patre procedit.*

*Pb. 2. ex Symbolo Niceno in quo filius dicitur Deus de Deo, et Spiritus Sanctus de Patre procedere aperitur.*

*Prob. 3<sup>to</sup> Quia sunt in Deo plures personae à se invicem distinctae, ut mox dicimus. Atque personarum distinctio fundatur in processione originis unius ab alia, iusta illud Schola effatum, Omnia in Divinis sunt unum et idem, ubi non obstat relationis oppositio.*

379.

*Conclusio 2. da*

*Duo sunt taxata, et non plures sunt in divinis processiones.*

*Prob. 1<sup>o</sup> ex citatis mox Scriptura testimoniis, in quibus non modo Verbi divini, sed etiam Spiritus Sancti processio exprimitur.*

*Prob. 2. Tot sunt in Divinis processiones, quot sunt persona procedentes. Atque Duo sunt taxata sunt persona divina procedentes; nempe Filius et Spiritus Sanctus: Pater enim à nullo procedit: hinc dicitur Deus à se à Scriptoribus Ecclesiasticis, ingenitus, immensibilis, principium sine principio, origo et fons totius Divinitatis.*

*Prob. 3<sup>to</sup> Ut duo sint taxata in Deo processiones, sufficit, quod in Deo*

*ex parte hominum  
ubi per verbum  
erationem, p.  
oralem in me  
nationem h.  
tu Santos h.  
et basilius  
veritatis*  
*Nicene in  
vitas sanctas*  
*ant in Deo p.  
ut non dicere  
fundatur  
ilia, justus  
spiritus sanctus  
lationis opp.  
da  
on plurimi*  
*imosa s.  
modus  
initiatio*  
*nt in De  
sona p.  
lunt per  
Filius et  
imulo  
spiritus  
ubilis p.  
et fonte  
st bunt  
nun in De*

Sunt. Solum duo facultates immanenter ope- 427.  
rantes, et quod illae facultates semper ac  
necessariò agant. Atqui 1° non sunt plu-  
res quam duo facultates immanenter ope-  
rantes, intellectus nempe et voluntas. 2°  
Eæ facultates necessariò agunt: Deus enim  
necessariò intelligit, et amat essentiam Su-  
am. 3° Semper agunt, cum Deus non  
possit ab agendo ad intra abstinere. Ergo.

*Probl. 4. tò Quidquid est infinitum,  
unicum est in suo ordine. Atqui Verbum  
divinum, ut pote terminus intellectio-  
nis divina, est infinitum; Spiritus Sanctus  
quoque, qui terminus est divina voluntatis,  
est infinitus. Ergo unicum est in Deo Ver-  
bum, unus Spiritus Sanctus. Ergo non  
plures sunt, quam duo processiones ex qua-  
rum una Verbum, ex altera Spiritus San-  
ctus procedit.*

*Solvuntur Objectiones.*

380.

*L. 194,*

*Ob. 1° contra jam Conclusionem.*

Deus est ens à se, seu in aliis his causam, nullum  
principium agnoscit. Ergo procedere ab  
aliis non potest.

*Heg., Dist. ant. Deus est ens à se, ra-  
tione essentia seu natura, quo non ab alio  
procedit nec generat, nec generatur, conc.  
Est à se ratione personæ, iterum dist. per ex-  
clusionem vero causæ ad dependentię, conc.  
per exclusionem originis seu processionis ab  
aliis, atque dist. Deus Pater, conc. ita quippe  
Fons est et origo divinarum personarum,  
qua ab ipso procedunt, ipse vero ab alio non  
procedit, unde per appropriationem appella-  
tur Deus à se. Deus Filius, et Spiritus, san-*

428. *tus, neg.* *Filius enim est à Patre, Spiritus Sanctus à Patre et Filiō.* *Ponò nūm Deus Simpleriter dicitur ens à se, spectatur ratione essentia. seu natura divina designata: ipse enim persona Filiī et Spiritus Sancti aliquam suā originem, principium aliquod agnoscat.*

*Just.* *Multi Veteres dicunt, Patrem esse causam filii, p. ut Justini, in Dialogo cum Triphone, ubi scribit, Tenit Patrem esse Filio causam cur sit. Constantinus Magnus, in oratione ad Sanctorum coetum apud Eusebium sic loquitur: Pater quidem Filii causa est, Filius vero est causatum.*

*Si Basilius lib. i. contra Eunom.* Nos autem, inquit, secundum causarum habitudinem ad ea, quae ex ipsis orientur, Patrem colari ante Filium assertimus. Item ibid. Vox ipsa Patris, ait, quid aliud significat, nisi hoc quidem causa est et principium ejus qui ex ipso genitus est. *S. Gregorius Nazianzenus orat. 29. ubi hoc ait: Densquidem s. de Patre loquitur: est Deus, significandum Filius et Spiritus Sanctus ad unam causam referuntur.* Ergo vel nulla datur in Deo processio, vel si datur aliqua, tunc est unius ab alio tanquam à vera causa dentata, non tanquam ab origine vel principio tantum.

*Reps.* *Dicit. aut.* *Multi Veteres dicunt Patrem esse causam Filii impropter sumptam, com. proprie sumptam, neg. aut.* *Causa impropter sumpta est simplex communicatio epe, abstractando, an per eam communicationem terminus perdeat à principio, aut ab eo minime pen-*

Icat. Ita causam hui intellexisse laudatos 429.  
Veteres patet enim, quod conceptis terminis  
docuerint, Verbum vere ac Substantia alter  
epe Deum, ac proinde non esse terminum,  
qui à suo principio patre minimus, tan-  
quam effectus à causa pendeat. Usi sunt  
autem ea cognendi ratione, ut adversus Sa-  
bedianos aliisque similes hereticos perfo-  
narum distinctionem in divinis adstruerent.

Ob. 2. dō contra 2. Iam Conclusionem. 381.

Quod infinitum est, unicum sit oportet.  
Hinc Dei unitatem probant Veteres, quod  
sit ens infinitum. Atque hoc esse non  
possunt simul infinita. Ergo cum pro-  
cessio in Deo sit infinita, unica epe de-  
bet.

Resp. dist. maj. Quod est infini-  
tum, unicum est in suo ordine, et, ut di-  
citur, intensivè, conè. Ita quia proce-  
ssio per intellectum infinita est, unica  
quaque est, et unicum produxit Verbum:  
idem dicendum de processione per volun-  
tatem. Quod infinitum est, debet epe  
unicum extensivè, et in alio quounque or-  
dine, neg. maj. Ita processio per intellectum  
non excludit processionem per voluntatem, inò hanc importat, et utraque  
in suo ordine, ac quasi specie infinita est.

Inst. Prima processio totam na-  
turam communicat et exhaustit. Ergo alteri  
processioni locum non relinqit.

Resp. dist. ant. totam exhaustra-  
turam, et non totaliter, seu non omni mo-  
do, neque in quolibet ordine, conè. totam  
et totaliter, ac in quolibet ordine, neg.

B. 195.

430. ant. Prima processio totam naturam exhan-  
dit in ordine intellctionis dicitur, sicut  
seunda eam exhaustit in ordine spiracionis.

382. Ob. 3. tio contra id, quod in eadem  
concluione 2da afferitur, non plures sicut  
esse, quia duas, in Deo processiones. Etsi  
vis Spirandi in Patre sit infinita et exhaus-  
ta per processionem Spiritus Sancti, nihil  
minus tamen Filio communicatur, qui simul  
cum Patre Spiritum Sanctum produxit. Ergo  
etsi vis intelligendi Patris exaustra sit per  
generationem Verbi, poterit nihilominus  
Verbum aliud Verbum producere, et ita in  
infinitum.

Adps. neg. cons. et paritatem. Dis-  
paritas est, quod Verbum accipiat intelli-  
gendi facultatem jam sui ipsis productio-  
ne exaustram; non autem accipiat volun-  
tatem termini sui processione exaustram.  
Sicut in illo priori instanti originis, quo  
Pater produxit Filium, nondum si nostrum  
coniiciendi modo intelligitur exaustra  
ipsis vis Spirandi; quia nondum intelligi-  
tur Spirasse Spiritum Sanctum, qui cum  
seundus sit origine a Filio, ab ipso ut et a  
Patre tanquam ab unicō principio procedit.  
At intelligendi vis omniū exaustra est per  
productiōnē termini infiniti, Verbi sicut  
Divini, quod unicum sufficit, nec aliud est  
possibile.

383. Ob. 4. tio. Focunditas, qua in genera-  
di et Spirandi facultate posita est, summa  
est in Deo perfectio. Ergo si generandi fac-  
ultate careat Filius, et utraque Spiritus Sanc-  
tus, ipsis decrit summa aliqua perfectio. at  
qui personis Divinis nulla esse potest perfec-  
tio. Ergo, p.

Resp. Dist. ant. Summa est perfectio 431.  
in naturā divinā, conē. in persona divinā,  
subdit. in persona Patris, conē. in persona  
Filiū et Spiritus Sancti, neg. ant. Summa  
quidem est natura divina perfectio, quod  
focum a sit per intellectum et voluntatem, —  
Summa hoc etiam est in Patre perfectio, sum-  
ma quoque est in Filiō perfectio quod Spi-  
randi vim habeat. Verum in Patre ultra-  
que perfectio est relativa, ut et in Filiō  
vis Spirandi ipsi cum Patre communis: non  
perfectiones relatives nec portulant nec  
possunt esse omnes in singulis personis di-  
vinis; relata enim sibi opponuntur, et se  
invicem excludunt. Neque tamen exinde  
sequitur, Patrem perfectiorem esse Filio,  
et Filium Spiritu Sancto: non enim mi-  
nor est perfectio Filio quod generetur, quam  
Patri, quod generet; idem dicendum de Spi-  
ritu Sancto. Nam propter quavis persona divi-  
na perfectionem relativam non habet for-  
maliter, hanc habet identicē, propter na-  
ture eiusdem communionem, ut infra expo-  
nemus. Quod autem Filius Verbum  
alium non generet, et Spiritus Santos alium  
voluntatis terminum non producat, id non  
ex defectu et impotentiā oritur, immo potius  
ex summa et infinitā eorum perfectione.  
Ideo enim Filius aliud Verbum non generat,  
quia ipse est Verbum infinitum adequans  
totam natura divina in eo genere focundi-  
tatem; sic et Spiritus Sanctus cum divinam  
exhaustat voluntatem, non potest alium  
producere eiusdem voluntatis terminum. Ita  
ferè hanc objectionem solvunt SS. Patres Grego-  
rius Naz. et Augustinus\*.

\* orat. 37. a  
\* lib. 2. adversus  
Maximianum.

432. Ob. ato Subsistentia Patris, innotem-  
384. nes ejus perfectiones ab ejus divina essentia pro-  
flunt. Ergo totidem sunt preceptiones Dis-  
tincte. Ergo longè plures sunt in Deo precep-  
tiones, quam due.

Hosp. dist. ant. Subsistentia Patris  
et omnes ejus perfectiones flunt à divina  
essentia, tanquam à radice et fundamento,  
per simplicem, ut ajunt, metaphysicam,  
virtualē et impropterē dictam emanatio-  
nem, quomodo proprietates ab essentia flu-  
re. seu emanare dicuntur, cone. Flunt ab  
essentia tanquam à principio productivo  
et per emanationem physicam ac proprie-  
terē dictam, quomodo Filius et Spiritus Sanctus  
in Deo producentur, neg. ant.

D. Secundus.

385. De Divinarum preceptionum  
proprietatibus.

Proprium seu Proprietas, prout in  
Logica nostra part. i. c. 3. jam adnotavimus  
est attributum essentiale secundarium reali-  
tatis eidem. sed et semper conveniens. Varia  
porro huiusmodi attributa Divinis precep-  
tibus in se dignoscuntur.

1º enim. sunt immanentes, quia ea-  
rum termini, Filius sicut et Spiritus  
Sanctus, sunt in ipso Deo. Ioan. io. v. 38. Ga-  
ter in me est, inquit Christus, et ego in Patre.  
Ratio est, quia intellectus et voluntas fa-  
cultates sunt immanentes, quia terminos ha-  
bent internos et sibi intime conjuntos.

2º sunt aeternae, quia ipsi Deo co-  
eve. Egressus ejus f. Filii: en diebus aeternitatis. Mich. 5. v. 2. Idem dicendum de Spi-  
ritu Sancto. Sunt enim Datus se ipsum ab  
aeterno cognoscendo, produxit Verbum; ita ba-

teret Filius seu Verbum sive mutatio amore 433  
prosequendo producent Spiritum Sanctum, qui  
amor est. seu charitas invenata Substantialis.

3º Sunt Substantiales, id est terminos  
nos habent subsistentes et personales, non  
vero accidentales et adventitios, quales sunt  
in nobis termini intellectio- et volitionis,  
in Deo quippe nihil est accidentale, nihil  
adventitium.

4º Sunt necessaria, quia ab illis  
temperare se non potest divina essentia;  
necessitate quippe natura Deus Iesum  
cognosuit et amat.

5º Sunt metaphysica, hoc est ci-  
tra omnem mutabilitatem, dependentiam  
aut naturae diversitatem: divino liquide  
proceptiones in his conceptu important  
Intaxat originem unius personae ab aliis,  
absqueulla mutatione sive in subjecto,  
sive in termino; absqueulla prioritate  
temporis aut naturae in una persona; abs-  
queulla dependentia, divisione, partitio-  
ne, separatione, scitione essentie; uno  
verbō, absqueulla earum imperfectionum,  
qua physicam productionem semper co-  
mitantur.

D. Tertius.

386.

De principiis divinarum  
proceptionum.

Duplex à Philosophis distinguitur actionis  
principium, nempe principium quod, et prin-  
cipium quo. Primum est suppositum ipsum agens;  
alatum est forma seu virtus per quam  
principium quod agit, sive est virtus à  
qua proficit actio productiva. Vocatur etiam

\* termini intellectio-  
nis et voluntatis in  
nobis sunt ea, quae  
intelligimus et volu-  
mus. seu amamus.

434. principium formale, quia illius virtus est veluti  
forma, à qua est actio; qua virtus cum du-  
plex sit, remota nempe et proxima, duplex  
quaque distinguitur principium quo, remo-  
tum unum, proximum alterum; virtus est  
per quod suppositum immediate operatur, et  
est ipsa naturae facultas aut potentia; illud  
vero est id seu virtus ita, per quam supposi-  
tum mediate duntur operatur. Sic e.g.  
Petrus intelligens est principium quo;  
anima rationalis est principium quo re-  
motum, et intellectus est principium quo  
proximum intellectus.

S. 197.

+ id est, inter illa te secernunt, idque cum fundamento in re,  
statuent distinctionem virtutum.

propter humam sicut et divinę nature  
perfectionem, qua sit, ut etri omnino sim-  
plex sit, tamen pluribus distinctis equivoca-  
beat. Et quanvis omnes convenienter  
inter se, principium quo proctionum di-  
vinarum esse ipsummet personam produ-  
centem; de principio tamen que sive pro-  
minus sive remotus controversia est inter  
ipsos: aliqui enim volunt, essentiam divi-  
nam ut praeclaram ab operationibus vitali-  
bus intellectus et voluntatis; ceteri tamen  
communius tridentur, intellectum et volun-

tatem esse principium quo proximum et in - 435.  
mediatum processionum divinarum. Hoc  
etiamnum ab ipsis Supposito<sup>z</sup>, querunt alii.  
ulterius per quos actus intelligendi et volendi  
personae procedant: an per illos, qui offen-  
tiales appellantur, et communis sunt tribus  
personis; an vero per actus, qui notionales di-  
vuntur, seu personales, et personis sunt pro-  
pria, qualis est actus paternitatis intelligen-  
do Verbum profluens, &c.

Verum haec Theologorum his intra Scho - 387.

Canticos heret parietes nec ultra protendit  
tur, nec ad illustrandum quendam circu  
Mysterium SS. Trinitatis Fidei articulum  
quidquam confert; nec alio fine in Scholas  
inventa, quam ad ostendandam ingeniourum  
Subtilitatem, videtur. unde merito a no-  
bis, quibus hujusmodi admordium iniuria  
minime sunt ad palatum, negligi posse  
eam arbitramur; ut tamen circu eam  
aliquid alterum dixisse videamus, non  
improbabilem censemus opinionem illam,  
qua statuitur, principium quo remotum  
est naturam divinam, et principium  
quo proximum processionis filii intel-  
lectum notionalem seu paternitate —  
affictum; processionis vero Spiritus Sane-  
ti, voluntatem notionalem, seu cui ad-  
junta est spiratio. Quod explicari po-  
test exemplo visionis humana, cuyus  
principium quod est homo, ab ea enim  
denominatur videns: principium quo re-  
motum est natura humana, quia est  
radix facultatis visivae, et consequenter

436. visionis: principium quo proximum est ipsa  
sensus visiva, quia per eam homo proxi-  
mè videt. Sic, à pari, Pater in Divinis  
est principium quod generationis Filii:  
ab ea enim denominatur generans: natu-  
ra divina principium quo remotum, est  
enim prima radix fœcumitatis paterna:  
intellectus vero notionalis principium quo  
proximum; quia immediate per intellectum  
notionalem generat Filium. Similiter  
per voluntatem notionalem, seu spiratio-  
nem activam, Pater et Filius immediate  
spirant Spiritum Sanum. Ratio est, quia  
ne Filius diceretur Verbum, nec Spiritus San-  
tus amor et donum, nisi ille procederet  
per intellectum, hic vero per voluntatem.  
Deinde si Filius et Spiritus Santos imme-  
diatè procederent per naturam Divinam,  
unus eorum esset modus procedendi, ac proin-  
de unica in Deo esset processio.

Ceterum quamvis haec omnium  
penè Theologorum, si Durandum lib. i. Sent.  
dist. 6. ex vias, sit sententia, non tamen  
auiquam suauissemus, si aliam exponan-  
di hanc questionem inire maluerit viam.

388.

### I. Quaestio.

De discriminatione processionis  
Filii à processione Spiritus Sancti:  
Pon quare processio Filii sit et via-  
tur generatio, non autem pro-  
cessio Spiritus Sancti!

Ariani constanter negarunt Verbi  
processionem nominari debere genera-  
tionem: nec mirum; cum enim nodent, Verbum  
esse verè Deum ac Patri consubstantiale, con-

6. 190.

sequens erat, ut affererent, ipsum verâ genera- 437.  
tione non produci: nempe quo generatione  
producentur, ejusdem, saltem secundum spe-  
ciam, sunt naturâ, ut videre est in homine,  
qui ab alio generatur: Et contra Catholicos  
quovis Sacerdotem Verbi processionem à Patre vo-  
carunt veram ac propriè dictam generatio-  
nem, indeque despiciunt invictum argu-  
mentum pro consubstantialitate Verbi.

Generatio autem Strictissimè hu-  
mâ specificè sumpta, et prout solis viventibus  
convenit, communiter definita: Origo vi-  
ventis à vivente tanquam à principio con-  
juncto in similitudinem nature.

Dicitur; 1º Origo, id est, productio,  
processio, emanatio, prolatio; haec enim  
hunc Synonyma. 2º Viventis à vi-  
vente, quia generatio Strictissimè sumpta  
est vitalis. 3º Tanquam à principio  
conjuncto, sicut per participationem vel  
totalem, vel partiale substantia generan-  
tis: nam generans debet communicare ge-  
nito aliiquid, quod hibi sit vel fuerit con-  
junctum. Hinc creatura quantumvis  
vivens, et à Deo vivente producta, non  
est Strictissimè loquendo, genita à Deo.

4º In similitudinem, ita ut generatio per  
se, et non per accidens, tendat in similitudinem  
geniti cum generante. Ex his defactu  
Eva non est filia Adami, licet processit  
ab Adamo, quia nempe communicatio  
cora non tendebat per se in similitudi-  
nem Eva cum Adams, sed tetendit solum

438. per audiens, quatenus Deus ~~potest~~ iuxta mater ordinem naturalem ex Adami costâ Evam efformavit. 5<sup>o</sup> In similitudinem nature, perfectam scilicet et ad aquatam nisi forte per audiens impeditatur. Unde generans et genitus debent habere eandem vel specie vel numero naturam. Hac ita praesupposita generationis definitione, sit.

389

In divinis sola Verbi processio dicitur certa generatio, non autem processio Spiritus Sancti.

Probl. 1.<sup>o</sup> Ex S. Scriptura. C. Gal. 2.  
v. 7. Pater et cornu sic Filium adognitum.  
Filius meus es tu, ego hodie genui te. De  
codem Filio. Isaías dicit c. 53 v. 8. gene-  
rationem ejus quis enarrabit. Item Joan.  
§. v. 18. Unigenitus Filius, qui est in similitudine  
Patris, ipse enarravit. Et p. in p. m. p. e  
c. 3. v. 6. Christus ipse ad Nicodemum dixerat:  
Sic Deus dilexit mundum ut Filium unum  
unigenitum daret. Ius Joannes ipse repe-  
tit i. Joan. c. 4 v. 9. Ex quibus sic confi-  
citur argumentum: Ea processio sola me-  
rito dicitur generatio, cuius principium  
est Pater, terminus vero Filius. Atque  
principium processiois Filii est Pater  
terminus vero Filius. Ergo, p.

Insuper Scriptura Verbo specia-  
liter tanquam aliquid ipsi proprium, ideo  
que constitutivum in ratione Filii tri-  
buit rationem imaginis et figura Patris,  
ob specialem scilicet similitudinem, quam  
ex vi sue processionis habet cum Patre,

ut Colos. i. v. 15. Qui est imago Dei invisibilis 439.

Et Heb. i. v. 3. Figura substantiae ejus.

Prob. 2<sup>do</sup>. Ex Concilii generalibus

Nicen. I. et Constantiopolitano I. in Sym-  
bolo Definitionibus Secundam in Divinis  
personam esse Filium Dei unigenitum.

Quibus auctoribus Symbola Apostolicum et  
Athanasianum, in quibus Verbum di- ————— 7. 199.

catur Filius Dei unicus, unigenitus, p.

Item plura Ecclesia doceta, quibus con-  
ficiuntur ii, qui plures Filios in Divi-  
nis admisere; quia de re vide SS. Justi-  
num, Apolog. 2. Athanasium, in Sabel-  
ianos, Optatum lib. 4. p.

Prob. 3<sup>to</sup> Unanimi Patrum con-

senu, quos late refert Petavius, Tom. 2.  
lib. 7. c. 13. Unum et alterum sic adhe-  
ripi sufficit. S. Athanasius, lib. De De-  
cet. Synod. Nic. Si imaginem nomines,  
inquit, Filium eo ipso indicaveris: quid  
enim est simile Deo, nisi una ipsius pro-  
genies. S. Augustinus, lib. 7. De Trin.  
c. 2. Eo Filius, ait, quo Verbum, et eo  
Verbum, quo Filius. Et Tract. 48. in  
Ioann. Verbum Dei semper cum Patre  
et semper Verbum; et quia Verbum id est  
Filius. S. Ambrosius, lib. De Incarn.  
c. 3. Si multa Verba, inquit, multi filii.

Prob. 4<sup>to</sup> Latione. 1<sup>o</sup> Quia Defi-  
nitio generationis a nobis adducta, scilicet  
omnibus imperfectionibus generationis  
creata, processione Filii recte congruit.  
2<sup>o</sup> Est origo, id est, emanatio, processio.  
Ioann. 8. v. 42. Ego ex Deo processi.

440. 2º Est viventis à vivente. Ioan. 5. v. 26.  
Sicut Pater habet vitam in Semetipso, sic  
dedit Filio habere vitam in Semetipso.

3º Est à principio conjunctus. Ioann. 14. v. 10. Non creditis quia ego in Patre, et  
Pater in me est.

4º Idemque, est in similitudinem,  
in in unitatem naturae. Ioann. 10. v. 30.  
Ego et Pater unus sumus. Idemque vi pro-  
cessiois.

~~¶~~ 2º Quia in divinis Pater est pro-  
prie Pater, et Filius est propriè Filius:  
nam ut ergo sic vocatur simpliciter in  
Scriptura, à Patribus et Coniulis: unde S.  
Gregorius Nazianzenus tract. De fide ait.  
Quis catholicorum ignorat, Patrem verè  
esse Patrem, Filium verè esse Filium.  
Atqui nemo est propriè Pater, nisi generet,  
nei quis est propriè Filius nisi generetur.  
Ergo in divinis Filius generatur à Patre,  
ac proinde processio Filii à Patre est ge-  
neratio. Eaque sola ipsi convenit, prout  
hactenus adiuta momenta evincent, adeo  
que processio Spiritus Sancti non est ge-  
neratio, sed Spiratio activa Patris et Filii.  
eius quidem discriminis rationem certam  
sola fides nobis subministrat.

3º Non ignoramus Theologos inter alias  
rationes, hanc praeimum hujus processio-  
num discrimini affere causam: Verbum pro-  
cedit à Patre per actum intellectus, seu per  
actum, quo Pater aeternus se ipsum cognos-  
cit, estque terminus divinae cognitionis.  
Ideo enim dicitur Verbum, inquit S. Basili-

te. Ioannis. v. 8  
Semetipso in Semetipso  
onjuncto. Jo  
e ego in batis  
Similitudinem  
Ioanni. 10. v. 31  
2. Regen  
ius Bater et  
proprie filii  
Simplificatio  
nius: unde  
tract. de fide  
, Patrem  
è apie filio  
Pater, mihi  
misi geni  
eratur al  
à Patre  
convenit  
e erinunt  
ti non est p  
a Patre isti  
tiones uel  
at.  
iologos inter  
luius proprie  
sancti Karsten  
deutus, in  
kjfjufw wgn  
cognitionem  
gunt. P. A. H.

lins, Thom. in Evang. S. Iohannis, ut ostendatur ex 441.  
mente processio. Et S. Gregorius Nazianzenus, Orat. 30. Verbum, inquit, appellatur, quoniam sic se habet ad Patrem, ut Verbum ad  
mentem. Atqui talis actus est causa our  
processio Verbi à Patre dicatur generatio.  
Nam vi illius producitur in Similitudinem  
divinae nature seu principii producentis,  
cum intellectio divina ordinetur ac tendat  
ad exprimentium Similitudinem perfectam  
sui objecti, nempe naturae divinae, inquit  
perfectissima representatio et expressio  
naturae divinae. Unde processio Verbi est  
origo viventis à vivente ut principio con-  
juncto in Similitudinem naturae, id eoque  
verè ac propriè generatio; et Filius proce-  
dit in Similitudinem naturae Patris: nam  
vi sua processionis auget naturam divi-  
nam per se primò, ut est Similitudo for-  
malis seu representatio et expressio ipsius  
met naturae divinae, qua est natura Patris.  
At verò Spiritus Sancti processio non est  
generatio, quia cum procedat per actum  
voluntatis\*, seu per amorem, qui est qua-  
dam voluntatis spiratio seu impulsio in  
rem amatam, et à qua Spiritus Sanctus  
numupatur, quasi Sancte spiratus; ejus  
processio non est per se primò secundum  
rationem Similitudinis, sed secundum ra-  
tionem vitalis impulsus: nam amor non  
est per se ordinatus ad exprimentiam Si-  
militudinem sui objecti, sed est inclinatio  
seu propensio vitalis in objectum, et motio  
amantis in amatum.

01. 200.

\* Per actum volun-  
tatis divinae pro-  
cedere spiritum  
sanctum osten-  
dunt passim Scrip-  
ture et SS. Patrum  
textus, in quibus vo-  
catur charitas, do-  
num, amor Patris  
et filii: ii enim  
textus significant,  
eum esse terminum  
charitatis et amoris,  
quibus Pater et fili-  
us se mutuo amant.

442.

Hae quidem Theologi communiter post  
S. Thomam i. part. q. 27. a. 1. et 2. et q. 34 a. 2.  
Verum ista ratio plenè certa non videtur,  
sed gravissimi subjecti incommodis. 1º enim  
certum non est apud omnes, intellectum, cum  
intelligit, producere seu efformare intra  
se speciem quamdam seu Verbum mentis,  
quod sit viva et formalis objecti represen-  
tatio. 2º Non est de ratione intellec-  
tus ut sic, et prout abstrahit à divino et hu-  
mano, ut assimilet sibi terminum in natu-  
ra, sed tantum ut assimilet, ut vocant, in-  
tentionaliter. Ergo Verbum divinum ex eo  
provisum, quod procedat per intellectum, non  
habet, quod sit Patris conubstantialis. 3º  
En adducta ratione videtur sequi, Spiritum  
sanctum vi sua processionis formaliter quo  
jure dici debere Filium, ac Verbum ipsum;  
nam vi illius tam similis est in natura di-  
nâ quam ipsius Verbum, est quippe vi sua  
processio Deus unus cum Patre et Filio  
ad eoque similis in natura cum ipsis, nec  
non persona subsistens ac divina, ut poter-  
quia procedit per voluntatem divinam, que  
en se producit terminum substantiale, at-  
que tendit ad unionem perfectissimam seu  
substantialem, consequenter et ad simili-  
tudinem: nihil quippe tam simile est al-  
teri, quam quod unam habet cum ipso natu-  
ram. Datet igitur, quod vi hujus Theo-  
logorum rationis, Spiritus sanctus perinde  
dici posse similis Patri, et consequenter Fi-  
lius, ac ipsum Verbum.

391.

Longè igitur tunc refederis Hereti-  
corum cavillationibus, tunc dignitati et  
altitudini hujus mysterii magis accor-

modatum videtur; si neglectis, quo vulgo pro- 443.  
feruntur, rationibus, ex una five statua-  
mus, discrimen quidem esse inter generatio-  
rem Filii, et processionem Spiritus Sancti,  
auius causam ac rationem certam, et quo  
unde quaque sufficiat, plane ignoramus.

Certe SS. Patres ipsi, Macedoniani,  
qui, ut Spiritus Sancti Divinitatem impugna-  
rent, hoc argumento utebantur, cum nem- \* Apud S. Athanasiu-  
pe, si à Patre procederet, aq[ue] e[st] ipsius Ep. ad Serapionem.  
Filium ac Verbum, respondentes, quidem  
quoddam discriminis inter generationem Ver-  
bi, et Spiritus Sancti processionem confas-  
posando aliquam preferentes, verisimilitu-  
dinem affere conabantur, ultiò tamen mo-  
nebant, evidentem discriminis hujus ra-  
tionem minime reddi posse. De Patre est  
Filius, De Patre est Spiritus Sanctus, ait S.  
Augustinus\*. Sed ille genitus, iste procedens. \* lib. 3. cont. Maxi-  
mum c. 14.  
Quid autem inter nasci et procedere inter sit  
De illa excellentissima natura loquens, ex-  
plicare quis potest? Non omne quod proce-  
dit nascitur, quamvis omne procedat quod  
nascitur..... Haec scio. Distinguere autem  
inter illam generationem et hanc proce-  
sionem nescio, non valeo, non sufficio.

\* Caput Testium  
De Relationibus divinis.

Relatio, prout definitivius in nostra  
Metaphysica part. i. c. 2. . \* est o[ste]do  
Seu respectus vel habitudo unius ad alium.

Duplex generatione dicitur, rationis  
una, altera realis. Prior est, quo finge-  
tur ab humana mente inter ea, quo suā  
pter naturā ad invicem non referuntur,

392.  
\* vid. inf. Exerit. Theolog.  
Exerit. 3. n. 42. et seq.

\* Admodum sunt ea,  
quo ibidem de  
relationibus, disce-  
minimus.

Prim. C. pag  
201.